Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31664
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



p̄focatio faucium a frigido humore. Greci
enim guttur brancos dicunt. circa quem fau-
ces sunt. quas nos corrupte brancias dicimus.
Raucedo amputatio uocis. hec et arteria-
sis uocatur. eo quod uocem raucam et clausam red-
dat. ab arteriarum iniuria. Suspirium no-
men sumpsit. quia inspirationis difficultas est quam
greci disnoiam dicunt. i. p̄focationem. Pleripleu-
monia a pulmonibus nomen accepit. Est enim
pulmonis tumor cum spumarum sanguine-
arum effusione. Emoptois emissio sangui-
nis per os. unde et nomen accepit. Emath enim
sanguis dicitur. Tisis est ulceratio et tumor in
pulmonibus qui in iuuenibus facilius uenire
solet. Tisis autem apud grecos dicta. eo quod sit consump-
cio totius corporis. Tussis grece ab altitudine
uocatur. eo quod a profundo pectoris ueniat.
Cuius contraria est superior in faucibus ubi uua
distillat. Apostoma a collectione nomen
accepit. Nam collectiones greci apostomas
uocant. Empus dicta ab apostoma in-
trinsecus uel in latere uel in stomacho. cum dolo-
re et febribus et tussi. et habundantibus spu-
mis et purulentis. Ypaticus morbus iecoris
passione nomen accepit. greci enim iecor y-
paten uocant. Lienosis ab splene uoca-
bulum sumpsit. greci enim splen lien uocant.
Ydropis nomen sumpsit ab aquoso humore
cutis. Nam greci ydros aquam uocauerunt. Est
enim humor subcutaneus cum inflatione
turgente et anhelitu fetido. Nefresis.
arenium languore nomen accepit. Renes
enim greci nefresin dicunt. Paralysis dicta a
corporis inpensatione. facta ex multa infri-
gitacione. aut in toto corpore aut in par-
te. Lacexia nomen sumpsit a corporis iniuria
uel ambitu. Lacexiam enim mala uexationem
greci uocauerunt. Fit autem hec passio intem-
perantia egrotantis. uel curatione mala.
medicaminis. aut per egritudinem tarda re-
sumpcio. Atrofia nomen accepit a diminu-
cione corporis. Nam greci nutrimenti cessationem
atrofiam dicunt. Est enim tenuitas corporis ex
causis latentibus et paulatim conualescentibus.
Sarcian est superfluum carnis incrementum.
quod ultra modum corpora saginantur. Greci enim
carnem sarcian uocant. Sciasis uocata
a parte corporis quam uexat. Nam uertibulorum
ossa quorum summitas iliorum inicio terminantur.
greci scia uocant. Fit autem de flegmate quoci-
ens descendit in recta ossa. et efficitur ibi
glutinatio. Podagram greci a retentacione
pedum dicunt nominatam. et a ferali dolore. Siquidem
omne quod immite fuerit ab usiue agreste
uocamus. Artericus morbus ab articulorum
passione uocabulum sumpsit. Calculus
petra est que in uesica fit. Unde et nomen
accepit. Signitur autem ex materia flegmati-
ca. Stranguiria dicta est eo quod stringat
urinarum difficultatem. Satiriasis uige de-
siderium ueneris. cum extensione naturalium
locorum. dicta passio a satiris. Diarria uigi-
uentris cursus sine uomitu. Dissinteria
est diuisio continuationis. i. ulceratio intes-
tini. Dis enim diuisio est intera intestina
Fit autem antecedenti fluore quem greci di-
arriam uocant. Lienteria dicta quod cibum
tamquam per lineam intestine nullis obstantibus
faciat prolabi. Colica passio nomen sumpsit
ab intestino quem greci colum appellant. Ra-
gadie dicuntur. eo quod fissure sunt rugis col-
lecte circa orificium. hec et emorroide a san-
guinis fluore dicte. Greci enim sanguinem
emath dicunt. De morbis qui in superficie
cutis uidentur. viii.
Alopicia est capillorum
fluor circumscriptis pilis fuluis aeris
qualitatem habentibus uocata hoc nomine
a similitudine animalis uulpecule.